BIBLIOTHECA

Vniuerſalis, ſiue Catalogus omnium ſcriptorum locupletiſſimus, in tribus linguis, Latina, Græca, & Hebraica: extantium & non extantiũ, ueterum & recentiorum in huncuſq; diem, doctorum & indoctorum, publicatorum & in Bibliothecis latentium. Opus nouum, & nõ Bibliothecis tantum publicis priuatiſue inſtituendis neceſſarium, ſed ſtudioſis omnibus cuiuſcunq; artis aut ſcientiæ ad ſtudia melius formanda utiliſſimum: authore CONRADO GESNERO Tigurino doctore medico.

TIGVRI APVD CHRISTOPHORVM
Froſchouerum Menſe Septembri, Anno
M. D. XLV.

Et de fal. & l. unica. De republica.
In C. de proba. & tract. Noua ſingularia, & alia.

HIPPOLYTI Thebani de cognatione Chriſti, lucubratiuncula, ex opere eius Chronico decerpta, Græce extat Romæ in bibliotheca Vaticana. Fortaſſis idem hic epiſcopus eſt, de quo iam diximus ex D. Hieronymo.

HIPPONACTIS Epheſij poëtæ ſenarios aliquoties profert Ioan. Stobæus. Athenæus etiam eius Parodiam & Synonyma citat. Vide ἱππῶναξ in Suida.

HIPPOSTHENIS ſenarius apud Stobæum in ſermone de Superbia: quanquam in alijs exemplaribus HIPPOTHOONTIS legitur.

HIPPOTHOONTIS ſenarij de inuidia, apud Stobæum in ſermone eiuſdem argumenti: item

HIPPOTHOI cuiuſdam uerſus aliquoties ab eodem citantur.

HIRNERIUS: uide Vuernherus.

HIRTII epiſtola ad Ciceronem legitur libro 15. epiſtolarum ad Atticum. Nimirum hic eſt Aulus Hirtius, de quo ſupra.

HISTRI (aliâs Iſtri ſine aſpiratione) inſignem de tragœdia librum aliquoties in recentiorum ſcriptis citatum legimus, tanquam adhuc extet. Citatur & ab Higino: Vide Ambroſij Calepini Dictionarium in Calathis ciuitate.

HOMERI poëmata Græca, nempe Ilias, Odyſſea, Hymni, & Batrachomyomachia Venetijs apud Aldum excuſa ſunt in 8. & Florentiæ, & Argentorati apud Cephalæum, anno 1534. & rurſus 1525. in 8. unà cum uita Homeri per Herodotum, Plutarchum, & Dione: quorum omnium chartæ ſunt 74. Ilias autem & Odyſſea ſeorſim Louanij in 4. exiuere, maiuſculis uerſuum interuallis: Item Baſileæ apud Heruagium in paruo folio, adiectis commentarijs Græcis ad ſuos ubiq; uerſus. Batrachomyomachia etiam cum Aeſopi fabulis à Frobenijs excuſa eſt.

Homeri poëtæ antiquiſſimi, optimi, doctiſſimi, & iucundiſſimi lectu, ſi uelim enumerare laudes, quot quantæq; ab omnium nationum clariſſimis quibuſq; uiris per tot ſæcula in hunc uſq; diem ei tribuuntur, opus Iliade ſimul & Odyſſea longius mihi contexendum fuerit. Quamobrem laudum ipſius auidos remitto ad illos qui ex profeſſo uitam Homeri uel encomia uel prolegomena poëmatum eius compoſuerunt, quorum nomina in ſecundo tomo reperies. In præſentia, quando alioqui præter opinionem opus excreuit, ſilentium maximæ laudationis inſtar ſit. Quid enim quàm ſileas, ubi meritam laudis copiam & altitudinem aſſequi non licet?

Iliadis & Odyſſeæ librorum argumẽta ſingulis libris præponuntur, tum ſoluto ſermone breuiter conſcripta, tum monoſtichis. Auſonius etiam periochas ſingillatim conſcripſit in fine ſuorum poëmatum. Nos breuitatis auidi monoſticha ſola hic proponemus.

Argumenta monoſticha in ſingulos 24. Iliadis libros,
Ioachimo Camerario interprete.

Α Alpha preces Chryſæ, peſtis mala, iurgia Regum.
Β Somnia Beta refert, cœtum populiq;, rateſq;.
Γ Gamma ſua pugnat pro coniuge uterq; maritus.
Δ Delta deûm fora. Læſa fides: primordia pugnæ.
Ε Ei Venerem & Martem Diomedis tela cruentant.
Ζ Colloquium Hectoreum narrat cum coniuge Zeta.
Η Hta unus contra uim ſolus it Hectoris Aiax.
Θ Concio Theta deûm. Troum uis. Hectoris auſa.
Ι Fruſtra ad Peliden legatio uenit Iota.
Κ Kappa exploratum caſtra egrediuntur utrinq;.
Λ Lãbda duces Danaûm profligat Troica pubes.

Ardua

Hic ſolet ſtare... Omnia q(uae) ſequitur... ſequentis folij ſecunda facie.